



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri Francisci Chiffletii, Vesontionensis, Societatis Jesu
Presbyteri, Opuscula Quatuor.**

Chiflet, Pierre François

Parisiis, 1679

VIII. Reginae Alienordi S. Bernardus promittit obtinetque à Deo prolem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9409

tremis constitutus, biduo antè quàm animam efflaret. Cui nihil respondens, dixit nuncio, se illi responsurum in spiritu. Unde in ultimâ agoniâ illi apparuit, prædixitque brevi illam se secuturam. Illa verò post tres hebdomadas Magistrum suum secuta est. Hic exitus sancti Magistri, & sanctæ discipulæ. Fiant novissima nostra horum similia. Ducissæ Epistolam illam describit Henriquez ex Historiâ Lotharingiæ Monstreleti, & ex Chronicis Bernardi Brittonis tom. 1. lib. 3. cap. 28.

VIII. Reginæ Alienordi S. Bernardus promittit obtinetque à Deo prolem.

ET præcipuus hujus incentor odii (inter Regem Ludovicum Junio-rem, & Campaniæ Comitem Theobaldum) Comes Viromandensium fuit, Radulfus de Peroniâ, sororem Reginæ tenens, dimissâ quadam affini Comitis Theobaldi. Factum est in festivitate beati Dionysii, Regina Alienordis in Ecclesiâ ip-

218 *Excerpta de vita S. Bernardi.*

suis Martyris cum Patre nostro loquebatur, conquerens quòd conclusisset Dominus vulvam ejus, ne pareret: jam enim annis ferè novem vixerat cum Rege, & à primis quidem annis conceperat, sed fecerat abortivum, & exinde sterilis permanebat, jam de fecunditate desperans. Cui miserabiliter conquerenti Pater Venerabilis ait: Sollicitè quare quæ ad pacem sunt, & ego tibi, confisus de divinâ miseratione, partum promitto. Hoc & ipse Rex per Regina verbum cognoscens, ubi perfectâ est reconciliatio, secretiùs alloquens beatum virum, quod Regina promiserat, exigebat, &c. Ipso denique anno Regina concepit, & peperit.

I X. *Conversio Gaufridi ipsius, & aliorum de Scholâ Parisiensi.*

CONTIGIT aliquando *Virum Dei* pro quibusdam negotiis ad partes Gallie proficisci: cùmque in itinere & in reditu Scholaribus Parisiensibus (ut solebat) fecisset de conversione sermonem,